

Rome, 25 novembre 1600.

1 / Illustris Domine, amice charissime. Et antea duos filios D.  
V. et nunc tertium libentissime vidi; recognovi siquidem in omnibus  
paternaे indolis et virtutis imaginem. Fateor vero maiori me hunc  
tertium amore complecti ob status professionisque similitudinem,  
5 nam et ecclesiasticam vitam et theologicam professionem meditatur.  
Coelum romanum hactenus non multum ei propitium se ostendit, quod  
fere accidere solet adolescentibus ultramontanis. Spero autem con-  
fecto theologico curriculo atque aetate confirmata, longe clemen-  
tius idem romanum coelum erga eum futurum. Me vero, si Deus vitam  
10 ad illud tempus produxerit, eumdem semper inveniet, promptum vide-  
licet ac paratum omni officio illi adesse. Interim D. V. precor à  
Deo coelestis gratiae copiam in terris, et cumulum sempiternae fe-  
licitatis in coelis. Datum Romae die 25 Novembris 1600.

Dominus de Maiglane.

15 F. B. 5, f.109<sup>V</sup>. Brouillon autogr.